



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

**VD18 13723553**

Immunitas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)



## JEJUNIUM.

§. 1.

*Ientaculum matutinum.*

Possunt Nostri, per facultatem factam omnibus de Congregatione S. Justinæ de Padua, dum in Quadragesima, & Vigiliis, quæ jejunantur de præcepto, equitando iter faciunt, sumere manè aliquid per modum consuetæ collationis, & vesperti cœnare. Sixtus IV. V. V. O. ut in impressis fol. 123. pag. 1.

§. 2.

*Anticipatio horæ Iejunii.*

Per facultates Minorum, possunt Nostri sinè violatione jejunii, maximè Concionatores, cùm actu concionantur, juxta suam consolationem anticipare, vel postponere horam comestionis, & serotinæ collationis. Concessit Leo X. V. V. O. Habetur inter Oracula hujus Pontif. in Bull. Regul. in n. 57. & in Comp. Minorum V. Jejunium. §. 5.

*Hanc facultatem ex causa communicare poterunt omnes Superiores.*

*Vide verbo Dispensatio.*

\*\*\*\*\*  
IMMUNITAS.

§. 1.



## §. 1.

*Confugientes ad Nostras Ecclesias non  
possunt capi.*



Confugientibus ad Nostras Ecclesias, manus violentæ injici prohibentur à quocumque, sub pœna excommunicationis latae sententiæ. Concessit Clemens VII. Ordini S. Joannis Hierosolymitani, & litteræ sunt insertæ & confirmatæ à Pio IV. Habetur per Bullam, dat. 1. Jul. 1560. Incipit: *Circumspecta*: est 9. in Bull. comm.

## §. 2.

*Nomine Ecclesiarum veniunt etiam  
Domus, &c.*

Fugientes ad Nostras Ecclesias securitate gaudent: appellatione autem Ecclesiarum veniunt Domus Nostræ, seu Collegia Societatis, cum hortis, hortaliis, claustris, officinis, & locis omnibus intra illarum ambitum inclusis. Concessit Innocentius VIII. Servitis, sub Datum Romæ apud S. Petrum Anno 1487. VI. Kal. Junii. Pontificatus sui anno 3. ut in *Mari Magno Servitarum* n. 57.

Vide verbo *Communicatio gratiarum*. §. 2. & quod habetur verbo *Ecclesia*. §. 5.

IMPE.